

1690 Dezember 29., Luzern

A

"EXAMEN SUPER SCHEMATE CONSANGUINITATIS D. FRANCISCI LUDOVICI  
PFIFFER AB ALTISHOFEN ET MARIAE CATHARINAE A SONNENBERG"

"Reverendissimo ... Domino Joanni Blaw [=B l a u] St. Theologiae Doctori  
Cathedralis Ecclesiae Constantiensis Canonico ad S. Joannem ibidem Praeposito,  
Curiae Episcopalis Officialis etc. Domino suo [den Bischof Marquard Rudolf  
R o d t v o n B u s s m a n s h a u s e n] suo Gratoso sese demisse commen-  
dat Nicolaus [Leonz] Ludovicus P e y e r i m H o o f S. Theologiae Licen-  
tius Insignis Collegiatae Ecclesiae Lucernensis Praepositus, Commissarius  
Episcopalis, et ad infra scripta specialiter constitutus etc.

Commissio a Reverendissima sua Dominatione sub dato 24. Mensis Decembris An-  
ni 1690 Indictione 13. ad me directa ... continebat, quatenus in Causa Matri-  
moniali impedimenti inter ... Partes ... Franciscum Ludovicum Pfyffer ab Al-  
tishoffen, & Domicellam Mariam Catharinam à Sonnenberg Lucernenses tam dictas  
Partes principales, quam Testes per easdem coram Me producendos super certis  
punctis in forma Juris ritè, et fideliter examinarem etc. pro ut in ipsa Com-  
missione pluribus continetur etc. Quidquid autem tam partes, quam testes iu-  
ratò examinati deponerent, illud Reverendissimae suae Dominationi pro ulte-  
riori Decreto fideliter referem./ Depositiones autem tam partium principalium,  
quam Tertium in scriptis iurato exceptas Reverendissimae suae Dominationi pro  
ulteriori Decreto fideliter remitterem etc. Cui gratio se Commissioni debitè,  
uti leneor, obsequunturus Ipsas Partes Earumque Testes in Diem ... [29.] De-  
cembris Anno 1690 citatos iurato cum omni requisita diligentia examinavi,  
qui deposuerunt in sequentem modum:

Primum punctum continebat, An Partes sint laicae, Catholicae solutae, Lucer-  
nâ oriundae, et consequenter Dioecesis Constantiensis ac Provinciae Mogun-  
tinae.

Ad praedictum punctum Ambo Partes principales responderunt, se esse vere lai-  
cus, Catholicas, solutas, Lucernâ oriundas, et consequenter Dioecesis Con-  
stantiensis ac Provinciae Moguntinae, de hoc non esse dubium, seque pro tali-  
bus ab omnibus haberi.

Ad Secundum punctum, An Mulier non sit rapta, responderunt non esse raptam;  
praevio enim consilio, ac bonâ veniâ utriusque praenobilis familiae iam ante  
aliquod tempus sibi invicem matrimonium promiserunt.

Ad tertium, An sint in tertio ex uno, et quarto ex altero stipitibus prove-

nientibus Consanginitatis gradibus invicem coniuncta? Responderunt verum esse quod sint coniuncta in duplici aequali Consanguinitatis gradu ex duobus diversis stipitibus proveniente, pro ut pateat ex sequenti Consanguinitatis annotatione.

Ad quartum punctum, An dicta Maria Catharina in praefato Loco propter illius angustiam Virum paris conditionis, cui nubere possit, invenire nequeat? ...

D. Sponsa, se alium virum conditionis ob Loci Angustiam hic Lucernae difficulter fore inventuram qui aut consanguinitate, aut affinitate sibi non coniunctus esset etc.

Partes autem principales super suis depositionibus ... [praemissis] producerunt testes omni eceptione Maiores Dominum Joannem Casparum F l u d e r, Et Dominum Renwardum P f l ä g e r:

Testis primus D. Joannes Casparus Fluder Civis et Mercator Lucernae annorum 68 solemniter receptus et de gravitate Juramenti, poenis periurii ritè avissatus, et super ... forma Juris iurato examinatus respondit ut sequitur Ad primum punctum, Verum esse quod Ambo partes sind laicae, Catholicae, solutae, Lucernae oriundae, et consequenter Dioecesis Constantiensis ac Provinciae Moguntinae, de hoc nullus esse dubium, cum omnibus notum sit etc.

Ad secundum dicit, Sponsam non esse raptam, cum partes tam voluntate libera propria, quam consilio ac consensu Consanguineorum ad has nuptias consenserint et hoc manifestum esse

Ad Tertium respondit, sibi aliud non constare, nisi quod Partes ex uno stipite in tertio gradu et ex altero in quarto aequali consanguinitatis sint coniunctae consideratis enim omnibus personis in supra assignata Consanguinitatis annotatione contentis, quas fere omnes vel noverit, vel saltens audiverit, tales, uti assignatur, fuisse, nullum aliud impedimentum his Partibus obstare etc.

Ad quartum punctum asserit, praefatam D. Sponsam difficillime alij Viro paris conditionis sibi non consanguines, aut affini hic Lucernae nupturam fore, cum magna sit angustia loci, et principaliores familiae vel consanguinitate vel affinitate sibi invicem coniuncta sint.

Testis secundus D. Renwardus Pfläger Civis Lucernae, et eiusdem Cancellariae substitutus annorum 67 solemniter receptus et de gravitate Juramenti, atque poenis periurii ritè, ac debitè prius avissatus, in forma Juris iuratus, et super omnibus et singulis punctis, etiam suae duplici annotatione Consanguinitatis ac personis in ea contentis diligenter examinatus respondit conformiter Depositionibus Prioris testis, easque in omnibus et per omnia vere affir-

mat. *Et hic Examen tam Partium, quam testium finiit.*"

---

Konzept - AH 63, 162-163

## 81

1687 Dezember 25., Solothurn

A

SCHREIBEN VOM [FRANZ. AMBASSADOR ANTOINE-MICHEL DE] TAMBONNEAU  
AN AMMANN UND RAT VON STADT UND AMT ZUG

---

"So baldt der herr [Ammann B e a t J a k o b I.?] Zurlauben mir Eüwer schreiben Zuesamt der, nach meinem Lesteren begehren Eingereichte Declaration eingehändiget [- es ging um die Bewilligung von Werbungen<sup>1</sup> in den Gemeinen Herrschaften -]<sup>2</sup>, hab ich dem Tresorieren [Louis M i l l i n D e s c h a n a i s] den befelch Ertheilt, Jhme Herren Zurlauben die völlige Pension für Eüweren Standt Zue bezahlen, undt solchen gepeten Euch Mundtlich, wie auch hiermit schriftlich beschicht, Zue versichern, dass mein Inclination mich alzeith bewegen werde, Eüch alle Zeichen Einer Wahrhaftten ... affection Zue geben, Jnn hoffnung Jhr mit der Eüwerigen für des Königs [L u d w i g XIV.] dienst auch Continuiieren werdendt".

- 1) Vermutlich ging es dabei um die neu zu werbende Kompagnie von Hptm. B e a t J a k o b II. Zurlauben im Regiment Stoppa.
- 2) Eine entsprechende Erklärung vom 12. Dezember 1687 (s. AH 102, 349) von Ammann und Rat an Tambonneau wurde von letzterem zurückgewiesen und von Beat Jakob I. Zurlauben wieder zurückgebracht, vgl. AH 63/82.

---

Uebersetzung aus dem Französischen  
AH 63, 164-165 - Blatt 164<sup>V</sup> und 165 leer

## 82

1687 Dezember 23., Solothurn

A

SCHREIBEN [VOM FRANZ. AMBASSADOR ANTOINE-MICHEL DE TAMBONNEAU]  
AN AMMANN UND RAT VON STADT UND AMT ZUG

---

"Ich bitte auch nit für Ungueth Uffzunemmen, Wan ich die Declaration<sup>1</sup>, Welche der H. [Ammann B e a t J a k o b I.?] Zurlouben mir von eüwert wegen Zuegebracht, Wider Zue ruckh sende, Gleich wie ich siche, das Eüwere Intention gewäsen, mir die Versicherung welche ich erwünschen möchte Zue geben, wider